



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1604**

Martyrvm SS. Philoromi Et Philææ. ex ecclesiasticæ hi[s]toriæ Eusebij  
libro octauo cap. 10. & 11. Paſi sunt Anno Diocletiani Imperatoris decimo  
nono Christi Domini 302. Marcelli verò Papæ. 6.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42667**

Deo iustitiae coronam accepturus. Prodijt autem  
anta claritate resfulgens, ut omnes ingenti admi- Decollatur  
ratione tenerentur. Praeses autem certaminum S. Blasius cu  
cum sui nominis dedecore pertulit, capitis eum 2. pueris sibi  
sententia damnavit, quam gloriose fine una cum ab una ma  
deobus pueris latetabundus exceptit, tronarum  
commissis.

MARTIRIUM SS. PHILOROMI ET

Philox. ecclesiastice hystoria Eusebi libro octavo

cap. 10. & 11. Passi sunt anno Diocletiani

Imperatoris decimo nono Christi

Domini 302. Marcelli vero

Papa. 6.

Vide Cæs.  
Baron. Ann.  
Tom. 2.

Philonomus & Philæas, dinitiis, nobilitate,  
gloria eloquentia, & Philosophia cogni- 4. Februarij.  
tione admodum illustres, præclarum fænè  
martyrii certamen obierunt. Quorum alter, Phi- Philoromi  
lonomus nimirum, generali controversiarum in dignitas.  
dictio ab Imperatore ucm summa gloria & hono- Philæas E  
re perfectus; alter vero Philæas Thmuitensis ec- piæopus.  
clæsiæ episcopus; vir planè cum in ciuilibus pa-  
triæ infinitur, & ecclesiæ ministerijs valdè præ-  
stabilissimum philosophia disciplinis eximius. Hi  
cum neque maximis, in quibus viuebant, opum Inuicti illo-  
horumque splendoribus, neque amicorum & rum animi.  
& cognatorum precibus, neque ipsius iudicis vel  
minutel bladitijis, à Christi confessione ad im-  
pium simulachrorum cultum traduci possent, Abeunt è vi-  
ledenimo virili, & mente Philosophis, imo Deo ta, capitis  
digaj, omnibus iudicis minis & contumelijs ob- obruncati-  
uam irent, eternam, capitis sententia gloriæ co- one.  
ronam accipere meruerunt.

Et

Et ut clarius Philæ virtutem, inquitque  
animi robur, pariterque martyria, quæ eiusdem  
Alexandriæ contigerunt, cognoscere licet, in  
mam epistolæ eiusdem Episcopi ad Thunna

**E**x epistola  
Philæ, in  
carcere, de  
martyribus  
Alexandriæ  
scripta.

perscriptæ, hic attexere libet. Beati, inquit, ma-  
tyres, qui apud nos pro Christi fide occubuerunt,  
meliora dona æmulantes, omnia, quæ excogitar  
poterat suppliciorum genera, non temel, sed in-  
rum atque iterum sustinuerunt. Quorum eximi-  
am fortitudinem, & excelsam in singulis tormentis  
animi magnitudinem, quæ tandem oratio poterit  
explanare? Et cum libera omnibus, quibus  
cunque vellent poenarum contumeliarumque  
generibus, martyres affligendi potestas facta-  
fet, hi fustibus, illi virgis, alij flagellis, nonnulli  
loris, multi funibus eos perculerunt; atque spe-  
ctaculum hoc plenum probri & ignominia, no-  
uis vicissim plagarum suppliciorumque generi-  
bus erat variatum. Quidam enim, manibus pri-  
cruciatis &

mùm à tergo reuinctis, ligno appensi, & machi-  
nis quibusdam membra eorum vniuersa disten-  
ta, deinde grauiter non solum latera, sed venter,

tibia & genæ ferreis flagris cæsa sunt. Alij altera  
manu ad porticum affixi, acerbissimam articulo-  
rum membrorumque distensionem patientes,  
pepererunt. Alij alterius in alterius vultu obuer-  
so ligati, & columnis appensi, summis vi-  
rium contentione retractis, corporis grauitate ac  
pondere acerbè premebantur. Et hoc quidè sup-  
plicij genus non ad horam, dum cum illis quesiti-  
one disceparet Præses, sed per totum sere diem  
sustinebant.

**N**eouī sup-  
plicij genus. **P**ræter alia tormentorum genera, istud no-  
num præterea, quod sequitur, aduersari nostri  
inuenierunt. Nonnulli post verbera in compe-

ibus ligneis positi erant, & pedes, alter ab altero ad quartum foramen distenti distractique, adeo ut necessario supiti iacerent, nec possent propriplagarum vulnera, recens toti corpori inflata, eculo modo commouere. Alij in solutum proiecti, crebris tormentorum ictibus fatigati, semiueci iacebant; & varia diuersaque suppliciorum signata, longe miserabilius ipsis tormentis spectaculum, contemplantium oculis subiciebant. Ex his autem nonnulli in ipsis tormentis mortui, singulari animi tolerantia aduersarium confuderunt. Alij cum ipsa morte in carcere certantes, dolorum tandem acerbitate oppressi, feli-  
inuicta mal  
citer migrarunt. Reliqui integra valetudine & tyrum for-  
viribus recuperatis, longo carceris suppicio-  
rumque visu exercitati, terribiles nimis ipsis dæ-  
monibus euaserunt. Atque, hoc quidem modo,  
cum singulis eorum, vel libertas & maximus o-  
pus honorumque omnium splendor, si victi-  
mæcerbiles contrectare, vel exquisitissima  
tyrannorum supplicia, si in Christi confessione  
perseverarent, proposita essent, illi, tota mente &  
ardenti fide, in Christi amorem & coelestis vita  
spem intenti, inflammati ad mortem animis  
properabant. Has litteras Philæas ad fratres ec-  
clesiæ, cui ipse præterat, in carcere custodia  
exarauit, ut tam præclaro certamine  
oculis eorum obiecto, omnes ad  
similem coronam exci-  
taret.